



# De transitu sancti Martini.

<https://hdl.handle.net/1874/328582>

ipsum beati uiri transitum exponere  
debuissim. quasi uero ego illam eptam  
aut legendam alii preterquam ipsi ad  
quem missa uidetur ediderim: aut ego  
tanto operi sim destinatus. ut omnia  
que de martino cognosci oportet. me  
potissimum scribente notescant. Itaque si  
qua de obitu sancti episcopi audire desideras.  
ab illis potius qui interfuisse cognos-  
ce. Ego tibi statui nichil scribere.  
ne ubique me publices. Tamen si da-  
fidem nulli te esse lecturam. paucis  
tue satisfaciam uoluntati: itaque presta-  
bo his que michi sunt compta parti-  
cipem. **EXPLICIT EPTA SEVERI.**  
**INCIPIT DE TRANSITU SANCTI MARTINI.**

In octava  
beati martini.  
lectio prima.



**ARTIJSVS TINI**  
igitur obitum suum  
longe ante presauit.  
dixitque fratribus dissolu-  
tionem sui corporis  
imminere. Interea

causa exiit. qua condatensem diocesim  
uisitaret. Nam clerici inter se ecclie illi<sup>9</sup>  
discordantibz. pacem cupiens reformare.  
licet finem dierum suorum non ignoraret.  
p̄ficisci tamen ob istiusmodi causam non  
recusauit. bonã hanc uirtutum suarum  
consumationẽ existimans. si pacem eccle-  
sie redditam reliquisset. Itaq; p̄fectus cum  
suo illo ut semp̄ frequentissimo disci-  
pulorum sc̄ssimog; comitatu mergos  
in flumine conspicat̄ piscium predam  
sequi. & rapacem ingluuiem assiduis  
urgere capturis. forma inquit hec de-  
monum est. Insidiatur incautis. capiunt  
nescientes. captos deuorant. exsaturariq;  
nequeunt deuoratis. Imperat deinde  
potenti uirtute uerborum. ut eum cui in-  
natabant gurgitẽ relinquentes aridas  
peterent desertasq; regiones. eo nimirũ  
circa aues illas usus imperio. quo demo-  
nes fugare consueuerat. Ita grege facto.  
om̄s in unũ ille uolucres congregatę re-

licto flumine. montes siluasq; petierunt.  
non sine admiratione multorum. q̄  
tantā in martino uirtutem uiderent.  
ut etiam auib; imparet. Aliquandiu  
ergo in uico illo. uel in ecclia ad quam  
ierat. cōmoratus. pace inter clericos resti-  
tuta. cum iam regredi ad monasteriū  
cogitaret. uirib; corporis cepit repente  
destitui. conuocatisq; discipulis. indi-  
cat se iam resoluū. Tum uero meror &  
luct' omniū uox una plangentium. cur  
nos pater deseris. aut cui nos desolatos  
relinquis. Inuadent gregem tuū lupi  
rapaces. Et quis eos a morib; nr̄is p̄cul-  
so pastore. phibeat. Scimus quidem  
desiderare te xp̄m. sed salua tibi sunt tua  
premia. nec dilata minuent̄. nr̄i pot̄  
miserere quos deseris. Tunc ille motus  
his fletib; . ut totus semp in dño mise-  
ricordie uiscerib; affluebat. lacrimasse  
phibet. conuersusq; ad dñm. hac tantū  
fletib; uoce respondit. Dñe. si adhuc

populo tuo sum necessarius. non recuso  
laborem. fiat uoluntas tua. Nimirum  
inter spem amoremq; positus. dubita-  
uit pene quid mallet. quia nec hos de-  
serere. nec a xpo uolebat diutius separari.  
nichil tamen in uoto suo ponens. aut uo-  
luntatq; relinquens. totū se dñi arbitrio  
potestatiq; cōmittens; Nonne tibi his pau-  
cissimis uerbis dicere uidet̃. Grauis qui-  
dem est dñe corporee pugna milicie. &  
iam satis est qđ huc usq; certauit. sed si  
adhuc in eodem labore p castris tuorū  
stare me precipis. non recuso. nec fatiscen-  
tem causabor etatem. Munia tua deuo-  
tus implebo. sub signis tuis. quoad ip-  
se tu iusseris militabo. Et quamuis op-  
tata sit senj missio post laborē. est ta-  
men animus uictor annorū. & cedere  
nescius senectutq;. Ac si iam parcis etatq;.   
bona michi est dñe uoluntas tua. hos  
uero quibz timeo. ipse custodias. O uirū  
ineffabilem nec labore uictum. nec

morte uincendum. qui in nullam se  
partem prior inclinauerat. nec mori ti-  
muit. nec uiuere recusauit. Itaque cum  
iam per aliquot dies uel februum teneret.  
non tamen a dei ope cessabat. pro nocte in  
orationibus & uigiliis. fatiscentes artus spi-  
ritui seruire cogebat: nobili illo stratu suo  
in cinere & cilicio recubans. Et cum a  
discipulis rogaretur. ut saltem uilia sibi  
sineret stramenta subponi. non decet  
inquit filii christiani nisi in cinere mo-  
ri. Ego si aliud exemplum uobis relin-  
quo: ipse peccaui. Oculis ac manibus in  
celum semper intentus. inuidium ab ora-  
tione spiritum non relaxabat. Et cum a ple-  
biteris qui tunc ad eum confluerant.  
rogaretur. ut corpusculum lateris mu-  
tatione releuaret: sinite inquit. sinite  
me fratres. celum potius respicere quam terram:  
ut suo iam itinere iturus ad dominum spiritus  
dirigatur. Hec locutus: diabolum uidet  
ipse assistere. Quid hic inquit astas cruen-

ta bestia: Nichil in me funeste reperies:  
abrahe me sinus recipiet. Cum hac ergo  
uoce. flagitatu diuinis opibz: spm celo  
reddidit. Testatiq; nobis sunt qui affu-  
erant. iam exanimi corpore glorificati  
hominis se uidisse glam. Vultus clarior  
luce renitebat: cum membra cetera nec  
tenuis quide macula fuscaret. In aliis  
etiam. & in illo tantu artubz non pudeat  
dis. septennis quodammodo pueri gra ui-  
debatur. Quis istum unquam cilicio tec-  
tum: quis cineribz crederet inuolutum:  
Ista uero purior. lacte candidior. iam in  
quadam future resurrectionis gla. &  
natura demutate carnis ostensus est. Ia  
uero in obsequium funeris. credi non po-  
test quanta hominu multitudo con-  
uenerit. Tota obuiam corpori ciuitas  
ruit: cuncti ex agris. atq; uicis. multiq;  
ex uicinis etiam urbibz affuerunt. O qn-  
tus luctus omium. qnta precipue me-  
rentium lamenta monachorum: q

eo die fere ad duo milia conuenisse di-  
cuntur. Specialis martini gl'a eius exem-  
plo in dñi seruitutem styrps tanta fruc-  
tificauerat. Agebat nimirũ ante se pa-  
stor extinctus greges suos sc̃e illius mul-  
titudinis. pallidas turbas. agmina pal-  
liata. & aut emeritorũ laborum senes.  
aut uiratos xpi in sacramenta tirones.  
Tam uirginum chorus fletu abstinens  
pre pudore. cũ letandũ potiũ illi eẽ sentiret.  
quẽ iã suo dñs g̃m̃o cõfoueret. q̃ sc̃o dissimu-  
labat gaudio q̃d dolebat. Sicq̃ de fide flere pro-  
hiberet. gemitum extorqueret affectus.  
Etenim tam erat sc̃a de illius gl'a exulta-  
tio. quã pia de morte confusio. Ignosce-  
res flentibz. gratulareris gaudentibz.  
quia & piũ est gaudere martino. &  
piũ est flere martinũ. dum unusq̃sq̃  
& sibi prestat ut doleat. & illi debet ut  
gaudeat. hoc g̃ beati uirj corpus usq̃  
ad locum sepulchri. h̃ymnis canora ce-  
lestibz turba psequit̃. Comparetur si



placet secularis illa pompa. non dicam  
funeris sed triumphi. Quid simile mar-  
tini exequiis conferatur. Ducant illi pre-  
cursibus suis uinctos post terga captiuos.  
martini corpus hi qui mundum ductu  
illius uicerant psequuntur. Illos confusis  
plausibus. populorum honoret insania. mar-  
tino diuinus plauditur psalmis. marg-  
nus hymnis celestibus honoratur. Illi post  
trumphos suos in tartara seua trudunt.  
martinus abrahe sinu letus excipitur.

Martinus hic pauper & modicus. celum di-  
ues ingreditur. **EXPLICIT OBITUVS**  
**BEATI MARTINI. INCIPIT**

**CAPITVLA LIBRI SEQVENTIS.**

**S**ibi postumianus edisserit prosperitate nau-  
gationis. & omnem sue pegrinationis hystoriam.  
qualiter in oriente fides xpi floreat. que sit  
scorum quies. que instituta monachorum. qualesq;  
signis ac uirtutibus in seruis suis x opet. **V**bi  
explorandorum locorum gratia a litore longius p-  
cessit. & inuenit senem presbiterum in ueste pelly-

quinta quere  
retro. archadio.  
vero 7 honore